

MAGNIFICVS ACAD E

miæ Francofurtana

RECTOR

Illustris & Generosus Dn.

DN. GEORGIVS à MAL-

TZAN LIBER BARO IN

Pentzlin & Varten,

berg, &c.

PRORECTORE

Viro Clariss. & Excellentissimo

DN. BALTHASARE CA-

MINÆO PHILOSOPHIÆ

& I. U. D. Poësis P. P.

Ad exequias puellulae

M A R I A E

Viri Reverendi & Doctissimi

Dn. GREGORII TESERNICIAR

chidiaconi quondam Freistadiensis, nunc hos-

pitis Academici Filiolæ carissimæ, natæ 5. Ian.

denatæ 22. Febr.

ad . d. XXIII. Februarij : Anno 1605.

Cives Academicos invitat.

Imprimebatur per Nicolaum Voltzen.

23.

267

MAGNIFICVS ACAD.

nois Francofurtana

RECTOR

Magister & Geographus Dr.

DN. GEORGIVS & MAL.

TXAN LIBER BARC IN

Practica & Venera

pag. 84.

PROFESSOR

Vno Clari & Excellentissimo

DN. BALTHASARE CA.

MINORIS PHILOSOPHIAE

et U. P. P. P.

Ad experientia puerula

M A R T I A E

Vniuersitatis & Doctorum

DN. GREGORII TESERNICIARA

Indisconi quodam Philosophia, nunc hoc

ipius Academicus solus, canonicus, etc. Jan.

anno 1717. p.


ed. 4. 1717. 1718. 1719. 1720.

Curia & Consilio iudiciali.

Impressum per Nicolaum Goltsen

53





Enustissima quadam ima-
gine φιλανθρωπία paternumq;
DEI erga suos animum pictus
rus Moyses, ad Israelem; *vidisti,*
inquit, quod portavit te Iehova DE-
VS tuus, quemadmodum portare solet
homo filium suum per totam viam per
quam ambulastis: Deut. 1. vers. 31.
Ubi portandi verbo incredi-
bilem exprimit DEI humanitatem, qui eousque se
demittere dignatus est, ut brachijs suis populum sus-
ciperet: hominis voce, φιλοσργία paternam, quod
non secus ac puerum adhuc infantem humeris gesta-
re solent parentes, ipse suos vix ad pedem moven-
dum idoneos, complexus inque omni via est tutas-
tus. Quæ sanè pictura, non semel in sacris ob oculos
nostros posita, inter alia evidenter confirmat, affe-
ctuum, qui in parentibus erga sobolem sunt arden-
tissimi, tum autorem tum approbatorem esse illum,
à quo omnis paternitas, quæ in cælo & quæ in terra
Ephes. 3. vers. 15. qui Patris instar, miseretur timen-
tium se, Psal. 103. v. 11. qui materna quasi voce suos
consolatur, Esai. 66. v. 13. qui ad modum aquilæ vel
gallinæ alis suis tegit nos & colligit, Exod. 19. v. 14:
Matth. 23. vers. 37. quem patrem vocamus nostrum
ἀπὸ φιλανθρωπίας μόνης, ἀπὸ εὐαγγελιστηρίας, ἀπὸ ἐλέου πολλῆς
juxta Chrysostom, homil. 14. in 4. cap. ad Ephes.
A 2 qui

qui pater non iudiciorum vel ultionum, sed misericordiarum, & DEUS non unius, sed totius consolationis dicitur, qui consolatur nos non modo in hac & illa, sed in omni tribulatione: quod notatum à Bernhardo Sermon. 5. in nat. Dom. Et verò Stoicam illam multorum damnat ἀπείθειαν, qui neq̄ vivos in amoribus & delicijs habendos, neq̄ mortuos desiderio luctuq̄ prosequendos censent liberos: qui vel cum Diogene vermiculis de se natis filios improbè comparant: vel sputo etiam ut Philosophus ille ἀφιλόσοφος, qui uxori dicenti ex te est, in terram despuens, & hoc, subiecit, ex me est, at non utile; commemorante Maximo: vel ut Cambyfes Cyrum, Priamus Parin, alij alios negligunt, & à suo arcet conspectu, omnem non modo humanitatis, sed naturæ etiam brutæ sensum exuentes. Si amari nollet à nobis nostros, cur amoris sui nobis impressisset igniculos? Cur non modò affectu, sed moribus etiam gestibusq̄ nostris seipsum expressisset DEUS?

Rideant Agesilaum cum filio colludentem, & ut Plutarchus recitat, arundinem pro equo cum pueris ascendentem: rideant Socratem, cum Lamprodo filiolo pueriliter jocantem, referente Æliano, qui vim illam flammamq̄ amoris paterni mirabilem nondum sunt experti, qui nesciunt lusus tales esse pietatis, non levitatis: nos imago sacris depicta tabulis, DEUM intueri iubet, cuius oculi in oculis filiorum, cuius manus ad tollendos

liberos

liberos, brachia ad movendos & delectandos, gestus omnes ad omnia parentum humanissimorum blandimenta conformati.

Non solum autem *εργα* quas erga nostros pie naturali quadam vi exerimus, probari divinitus ex illa quam dixi Icone, colligimus: sed nos etiam nostrosque liberos a D E O portari, eiusque brachijs potentissimis & validissimis concludi intelligimus, ut nullis adversitatum procellis, nullo ærumnarum turbine, nulla calamitatum tempestate excuti, & de manibus eius eripi queamus: qua consolatione possitne maior aliqua in omni luctu, in omni dolore, & in ipso etiam mortis agone hominibus proponi? Tutus est, qui intra D E I manus est: vivus est, qui inter illas manus est: beatus omnino, quisquis in illa manu est, ubi nulla egestas, cui summa est potestas.

Huc ergo paulisper respiciat reverendus & doctissimus Vir, Dn. GREGORIUS TESERNICUS, & quid de pio in natam adhuc tenellam affectu iudicandum, quid de abitu vel obitu eius quamvis insperato æstimandum sit, æquanimiter advortat. Susceperat, vix ante sex hebdomadas, ex honestissima Coniuge, ANNA CNOBLOCHIA, filiulam, quam Servatori ad undas regenerationis oblatam Mariæ appellavit nomine: eam non potuit non ut vivum quoddam imaginis suæ agalma, blanditer intueri; ut dulce amoris coniuga-

lis vinculum, suaviter colere; ut optatum divinæ
benedictionis fructum cupidè amplecti; ut certum
resurrectionis futuræ Symbolum (toties enim in nos-
tris quasi resurgimus, & resurrecturos nos ipsos
confidimus, quoties de nobis nostros surgere cerni-
mus, ex sententia Chrysoctomi) plurimum æstima-
re: non potuit non, ut munus & pignus amoris
æterni ulnis suis molliter excipere, gestare, sua-
viari. Rectè: & ad illam formam Pater ille *maximè*
universæ supra præsentatus: nec aliter fors, qui di-
dicit Philostorgon Patrem agere, cui non circum
præcordia ferrum, cui non Hircanæ luxerunt ube-
ra Tigres, ut cum Poëta loquar. At quam mos-
do in oculis ferebat & manibus suis, hanc tam su-
bito oculis manibusq; subduci suis, nunquid non
doleat, numquid sine lachrimis aspiciat? Nec il-
lum certè reprehenderit affectum, qui & impera-
tum illum in sacris, & usurpatum à sacris, immò
CHRISTI exemplo commendatum observavit.
Pietas enim est deslere suos, Caritas est revocare su-
os, humanitas est desiderare suos: nec qui cum mor-
te liberorum desinit, verus amor est: nec qui in pro-
pinquorum & nostrorum funere incipit, fortis ani-
mus est. Et de malis nostris dolentem, & super in-
teritu populisui querentem **DEUM** audivimus; qui
tam clementer infirmitati humanæ consuluit, ut
non modò nostræ locutionis more seipsum nobis in-
sinuet: sed & passionum indigna de sed. ici velit,
quatenus ad sua per nostra nos trahat, & dum cons

descendit

descendit robis, confurgamus ei, teste Isidoro. Lu-
ctus ergo, atorge vera causa est: nec arguendus ille,
modum n̄ excedat, Illud verò Dn. TESERNICO
cogitandum præcipuè, dum baiulantem manibusq̄
suis gestantem filios, DEUM Patrem in imagine lus-
trat: inter brachia illa nunquam defectura natam
sam versari suam, & adversus peccatum, mortem, Sa-
tanam, & adversus omnia, quæ ultimo huic impen-
dent seculo, extrema, tutam incolumemq̄ servari: e-
tenim in illis quiescit manibus, à quibus è nihilo for-
ma, quibus a peccato per sanguinem CHRISTI
Ioa, quibus deniq̄ in cælum translata est.

Age ergo reddat *ὁ κερτο ἐρω πατρὸς* ut Basilus De-
um vocat, non ad omne, sed ad tam breve sibi tem-
pus creditam filiolum: cedat amori diviniore, cedat
puriori, cedat durabiliore: & inter adversitates, inter
exilia, inter mundi Satanæq̄ odia amplexus illos, qui
lacrymas non rarò p̄is exprimunt, cælestes in pre-
senti habeat maximo; nec se exulem statuatur, cui tam
certa in supernis sedes, in quam tam cara præmisit
pignora. Quod ut eo faciat libentius, monebit eum
professio sanctæ Crucis, in qua oportet cum Hiero-
theo unumquemq̄ *ἰερω μαθεῖν καὶ παθεῖν*: animabit eū
fidei nostræ Confessio, quā Patrem in cælis ita no-
stri curam agere prædicamus, ut ne mortuo quidem
sit in morte ipsa relicturus: stimulabit in super diu-
turna concessio præconiū & exercitiorum sacrorum
in templis publicis, ubi voce sua erexit multos, à
mœrore luctuq̄ avocavit plurimos; quodq̄ alios ius-
sit, opere & exemplo etiam docendum ritè existima-
bit.

bit. Vestrum iam erit Ornatissimi & literatissimi
Academiae Cives, hunc CHRISTI ministum, qui
ad tres anni quadrantes hospitio urbis & Academiae
quiete usus, operam suam non semel in Congionibus
publice nobis probavit, nemini molestiam paravit,
nec minorem tranquillitatis quam pietatis & facun-
diae laudem impetravit, frequentia honorifica sola-
ri, exequias filiulae longo ordine comitari, vitae hu-
manae brevitatem & inconstantiam tacite meditari,
& una nobiscum de verbis CHRISTI testari, pietas
iam non esse mortuam, sed dormire, inter brachia
nempe illa, ubi puritas, ubi securitas, ubi aeterna
caritas.

Zf 5155 OK

C. P.



1787

MC



MAGNIFICENTIA
 mia Fra
 REO
 Illustris & C
 DN. GEORGO
 TZAN LIBRARI
 Pentzlin
 berg
 PRORECTOR
 Viro Clariss. & C
 DN. BALTHASAR
 MINÆO PH
 & I. U. D.
 Ad exequ
 M A
 Viri Reverend
 Dn. GREGORII
 chidiaconi quondam
 spitis Academici Filiol
 denatæ
 ad - d. XXI. Feb.
 Cives Acade
 Imprimebatur per
 23



67

